



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vitruvius Itervm Et Frontinus**

**Vitruvius**

**Florentiae, 1513**

De priscoru[m] hominu[m] uita, & de initiis humanitatis atq[ue] tectoru[m]  
& increme[n]tis eoru[m]. C. I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12979**

à facie dignitateq; corporis cōmendatus ad eā nobilitatē puenit. Mihi autē impator staturam non tribuit natura, faciō deformauit ætas, ualido detrahit uires. Itaq; quoniā ab his præsiidiis sum desertus, per auxilia scientiæ, scriptaq; (ut spero) perueniā ad cōmendationem. Cū autē in primo uolumine de officio architecturæ, terminatiōibusq; artis perscripserim, itē de mœnibus, & intra mœnia arearū diuisiōibus, insequaturq; ordo de ædibus sacris & publicis ædificiis, itemq; priuatis, quibus pportionibus & symmetriis debeant esse, uti explicentur, non putauī anteponendum, nisi prius de materiæ copiis, e quibus collatis, ædificia, structuris, & materiæ rōnibus perficiuntur, quas habeāt in usu uirtutes exposuissem, quibusq; rerū natura principiis esset temperata dixissem. Sed ante q̄ naturales res incipiā explicare, de ædificiorū rōnibus unde initia cœperint, & uti creuerint eorum inuentiones, anteponā, & insequar ingressus antiquitatis rerū naturæ, & eorū qui initia humanitatis & inuentiones perquisitas, scriptorum præceptis dedicauerunt. Itaq; quemadmodum ab his sum institutus, exponam.

De prisorum hominum uita, & de initiis humanitatis atq; tectorū & incrementis eorū. Caput. I.

**N**omines ueteri more, ut fera, in syluis & speluncis & nemoribus nascebatur, aboq; agresti uescendo, uitam exigebāt. Interea quodam in loco ab tempestatibus & uentis, densæ crebritatibus arbores agitata, & inter se terētes ramos, ignem exatauerunt, ex eo flamma uehementi per-

## LIBER

terrifici circa eum locum fuerunt, sunt fugati, postea  
requieta propius accedentes, cum animaduertissent  
commoditatem esse magnam corporibus, ad ignis te-  
porem ligna adicientes, & eum conseruantes, alios ad-  
ducebant, & numm monstrantes, ostendebant quas ha-  
berent ex eo utilitates. In eo hominum congressu cum  
profundebantur aliter e spiritum uoces, quotidiana com-  
suetudine uocabula ut obtigerant, constituerunt, de-  
inde significadores sepius, in usu, ex euentu fari for-  
tuito ceperunt, & ita sermones inter se procreauerunt.




Ergo cum propter ignis inuentionem conuentus in-  
itio apud homines & conalium & conuictus esset na-  
tus, & in unum locum plures conuenirent, habentes

ab natura primum præter reliqua animalia ut non  
 proni sed erecti ambularent, mundiq; & aſtorũ ma  
 gnificentia aspicerent, item manibus & articulis, quã  
 uellent rem faciliter tractarent, ceperunt in eo cœtu  
 alii de fronde facere tecta, alii speluncas fodere sub  
 montibus, nonnulli hirundinũ nidos & ædificationes  
 earũ imitantes, de luto et uirgultis facere loca, quæ ſu  
 birent. Tũc obſeruantes aliena tecta, & adiucentes  
 ſuis cogitationibus res nouas, efficiebant in dies me  
 liora genera caſarũ. Cũ eſſent aut homines imitabi  
 li dociliq; natura, quotidie inuentionibus gloriãtes,  
 aliis alii ostendebant ædificiorũ effectus, & ita exer  
 centes ingenia certationibus, in dies melioribus iudĩ  
 ciis efficiebãtur. Primũq; furcis erectis, & uirgultis  
 interpoſitis luto, parietes texerũt. Alii luteas glebas  
 are facientes, ſtruebant parietes. materia eos iugumẽ  
 tantes, uitandoq; hymbres & aſtus tangebant harũdi  
 nibus & fronde, poſtea quoniã per hybernas tempe  
 ſtates tecta nõ poterant hymbres ſuſtinere, ſaſtigia fa  
 cientes, luto inducẽto, proclinatis tectis, ſtillicidia de  
 ducebant. Hæc aut ex iis quæ ſupra ſcripta ſunt origi  
 nibus inſtituta eſſe poſſumus ſic animaduertere, q̃  
 ad hunc diem, nationibus exteris ex his rebus ædiſi  
 cia cõſtituũtur: ut in Gallia, Hiſpania, Luſitania, Aq̃  
 tania, ſcandulis robuſteis, aut ſtramentis. Apud na  
 tionem colchorũ in ponto p̃pter ſiluarum abundan  
 tiam arboribus perpetuis, planis d̃ xtra ac ſiniſtra  
 in terra poſitis, ſpacio inter eas relicto, q̃to arborum  
 longitudines patiuntur, collocantur. In extremis parti  
 bus earum ſupra altera tranſuerſa quæ circũcludũt

medium spatium habitationis, tunc in super alternis  
 trabibus ex quattuor partibus angulos iugumentan  
 tes, & ita parietes ex arboribus stantes ad perpen  
 diculum imarū, educunt ad altitudinem turres, inter  
 uallaq; quæ relinquuntur ppter crassitudinem mate  
 ria schidiis et luto obstruunt. Item tecta recidentes ad  
 extremos angulos transtra traiciunt. gradatim con  
 trahētes. Ita ex quattuor partibus ad altitudinē edu  
 cunt medio metas, quas & fronde & luto tegētes, effi  
 ciunt barbarico more testudinata turrium tecta.

d. Iugu  
 mentare



Phruges uero qui campestribus locis sunt habitan  
 tes propter inopiam sylvarum egentes materia, eli  
 gunt tumulos naturales, eosq; medios fossura exina

nientes, & itinera perfodiētes, dilatant spacia, quā  
tum naturalo loci patitur. Insuper autem stipites inter  
se religantes metas efficiunt, quas harundinibus &  
stramentis tegentes, exaggerant supra habitatio-  
nes maximos grummos e terra. Ita hyemes calidissi-  
mas, & states frigidissimas efficiunt, tectorum ratioe.

Nonnulli ex ulua palustri componūt turgia tecta,  
Apud ceteras quoq; gentes, & nonnulla loca, pari, si-  
miliq; ratione, casarum perficiuntur constitutiones.  
Non minus etiam Massiliae animaduertere possu-  
mus sine tegulis subacta cum paleis terra tecta, Athe-  
nis areopagi antiquitatis exemplar ad hoc tempus lu-  
to tectum. Item in capitolio commune facere potest & si-  
gnificare mores uetustatis Romuli casa in arce sacro-  
rum stramentis tecta, Ita his signis de antiquis inuē-  
tionibus aedificiorum sic ea fuisse ratiocinantes pos-  
sumus iudicare. Cum autem quotidie faciendo tritio-  
res manus ad aedificandum perfecissent, & solertia in-  
genia exercendo per consuetudinem ad artes perue-  
nissent, tum etiam industria in animis eorum adie-  
cta perfecit, ut qui fuerūt in his studiosiores, fabros  
esse se profiterentur. Cum ergo haec ita fuerint pri-  
mo cōstituta, & natura nō solum sensibus ornauiisset  
gentes quemadmodum reliqua animalia. sed etiam  
cogitationibus & consiliis armauisset mentes, & sub-  
iecisset cetera animalia sub potestate, tunc uero & fa-  
bricationibus aedificiorum gradatim progressi ad cæ-  
teras artes & disciplinas, e fera a gresti q; uita ad mā-  
suetam perduxerunt humanitatem. Tum autem in-  
struentes animose & prospicientes maioribus cogita-

## LIBER

tionibus ex uarietate artium natis, non casas sed etiã domos fundatas ex lateritiis parietibus, aut è lapide structas materiãq; & tegula tectas perficere ceperunt, deinde obseruationibus studiorum euagantibus iudiciis ex incertis ad certas symmetriarum rationes perduxerunt, postea q̄ animaduertunt profusos esse partus ab natura materiæ, & abundantem copiam ad edificationes ab ea comparatam tractando nutriuerunt, & auctam per artes ornauerunt uoluptatibus ad elegantiam uitæ. Igitur de his rebus quæ sunt in edificiis ad usum idoneæ, quibusq; sint qualitatibus & quas habeant uirtutes (ut potero) dicam. Sed si quis de ordine huius libri disputare uoluerit. q̄ putauerit eum primum institui oportuisse, ne putet me errauisse, sic reddam rationem. Cum corpus architecturæ scriberem primo uolumine, putauit quibus eruditionibus & disciplinis esset ornata exponere, finire q; terminationibus eius species, et è quibus rebus eēt nata dicere. Itaq; quid oporteat esse in architecto ibi pronūciaui. Ergo in primo de artis officio, in hoc de naturalibus materiæ rebus, quem habeant usum disputabo. Nãq; hoc liber non proficitur unde architectura nascatur, sed unde origines edificiorum sunt institutæ, & quibus rationibus enutritæ & progressæ sint gradatim ad hanc finitionem, Ergo ita suo ordine & loco huius erit uoluminis constitutio. Nunc reuertar ad propositum, & de copiis quæ aptæ sunt edificiorum perfectionibus quemadmodum uideantur esse ab natura rerum procreatæ, quibusq; mixtionibus principiorum congressus temperentur, ne ob-

scitæ

scura sed perspicua legentibus sint, ratiocinabor. Nā  
q; nulla materiāū genera, neq; corpora, neq; res si  
ne principiorū cœtu nasci neq; subiecta intellectui pos-  
sunt, neq; aliter natura rerum præceptis physicorum  
ueras patitur habere explanationes, nisi causæ, quæ  
sunt in his rebus, quemadmodū, & quid ita sint sub-  
tilibus rationibus habeant demonstrationes.

De principiis rerum secundum philosophorū opi-  
niones. Caput. II.

**T**Hales quidem primum aquam putauit om-  
nium rerum esse principium, Heraclitus  
ephesius, qui propter obscuritatem scripto-  
rum à grecis σκοτινός est appellatus, ignem, Demo-  
critus quiq; eū secutus est, Epicurus atomos, quas no-  
stri insecabilia corpora, nonnulli indiuidua uocitau-  
erunt, Pythagoreorū uero disciplina adiecit ad aquā  
& ignem aera & terrenū. Ergo Democritus & si non  
proprie res nominauit, sed tantum indiuidua corpo-  
ra proposuit, ideo ea ipsa dixisse uidetur, q̄ ea cum  
sint disiuncta, nec leguntur, nec interitionem recipi-  
unt, nec sectionibus diuiduntur, sed sempiterno æuo  
perpetuo in finitam retinent in se soliditatem. Ex his  
ergo congruentibus cum res omnes cōire nasciq; ui-  
deantur, & eæ in infinitis generibus rerum natura  
essent disparatæ, putauit oportere de uarietatibus et  
discriminibus usus earum quasq; haberent in ædifi-  
ciis qualitates exponere, uti cum fuerint notæ, nō ha-  
beant qui ædificare cogitant, errorem, sed aptas ad  
usum copias ædificiis comparent.

D